

DISSERTATIO II.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

PRÆLOQUIUM.



Amquam ineptum commentum, & otiosam ceremoniam, novatores reitunt CONFIRMATIONIS sacramentum. Eraditorum plures contendunt, Lutheranos, & Calvinianos non esse primos huiusmodi fabricatores; sed istis prævisse Novatianos, Donatistas, Arianos, Apollinaristas, Valdenses, Wiclefistas, & Ussitas. Alii contra sultinent, non esse Potestantibus hanc gloriam invidendam; quod fuerint, novæ huius heresis repertores. Illud est certum, antiquorum hereticorum neminem adeo audacter, & impudenter sacramentum illud improbasse. Calvinus

Lib. IV. Inst. cap. XIX. §. 4. fatetur, morem obtinuisse ut ipsis primis antiquis temporibus perierit baptismo initiati iterum a parentibus representarentur Episcopo, a quo manuum impositionem recipiant. Quo autem, inquit, hæc actio, quæ aliqui gravis sanctæque merito esse debet, vix reverentia habere ac dignitatis, ceremonia quæque adhibetur manuum impositionis... Huius moris sepe mentionem faciunt veteres, Leo Papa (æ. XXXIX. Si quis ab heretico redit, ne iterum baptizetur: sed quod illic ei defuit, per episcopalem manuum impositionem virtus Spiritus sancti ei conferatur. Clamabunt hic nostri adversarii sacramentum tunc vocari in quo Spiritus sanctus conferatur. Non clamant Catholici, sed legunt potius dementem Calvinii cecitatem. Fatetur ille, antiquos Patres docuisse, baptizatis collatum fuisse Spiritum sanctum per manuum impositionem: & continuo subdit §. 5. posteriorem ætatem scititiam nescio quam confirmationem pro Dei sacramento posuisse. Lutherus quoque Lib. de captiv. Babylon. e numero sacramentorum expungit confirmationem: subdit tamen: Satis est pro ritu quædam ecclesiasticum, seu ceremoniam sacramentali confirmationem habere. Theologi catholici, convulsis hereticorum fabulis, pleno in lumine controversiam hanc constitutam omni argumentorum genere, & solida eruditione illustrant. Actum agerem, si vellem ex instituto eadem versare. Pauca ex istidem delibabo, ut lectores meos non solum in disputationibus casualibus, verum etiam in iis quæ dogma sacramenti confirmationis spectant, imbuam.

CAPUT I.

Confirmatio est verum sacramentum
novæ legis.

LX insenti documentorum multitudinem quæ a Theologis catholicis adduci solent, pauca deinceps. Et principio *Act. cap. VIII.* hæc habentur. *Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperit Sannaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem: qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quorundam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Ad veram rationem sacramenti novæ legis*

requiruntur quatuor. 1. Ut sit signum sensibile: & hic habemus manuum impositionem, & orationem. 2. ut sit a Christo Domino institutum: & hæc institutionem divinam factum Apostolorum evincit. 3. ut habeat vim producendi gratiam: & in confirmatione gratiam infundi, ostendunt illa verba, *Accipite Spiritum sanctum.* 4. ut perpetuum sit in Ecclesia catholica.

II. Respondet Dallæus (qui præ ceteris Calvinistis catholicam de hoc sacramento doctrinam oppugnare percontavit) per Spiritum sanctum, quem Apostoli manuum impositione conferebant, non intelligi gratiam interiorem, sed donum linguarum. Verum commentum illud tamquam vanissimum, & oppositum tum Scripturis ipsis, tum perpetuæ Ecclesiæ traditioni, & Patrum consensus, evidenter demonstrant Theologi ca-

tho-

tholici. Apostolorum tempore utrumque infundeatur; ut perspicue S. Augustinus Lib. III. de baptis. cap. XVI. docet. *Neque enim temporalibus & sensibilibus mirabilis attestantibus per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut in quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguas loqui? Sed invidiositer & latenter intelligitur, quod propter vinculum pacis, eorum cordibus divina caritas inspirari. Quis nunc incredibilem Calvinii audaciam ferat, qui Lib. IV. Inst. cap. XIX. §. 6. scribitur. Quæ igitur in parte histriones isti Apostolos fecerunt dicent? Hoc agendum erat manuum impositionem, ut evadens Spiritus sancti virtus statim se exerceret. Id non fecerunt. Quid igitur pro se iactant manuum impositionem, quam Apostolis quidem in usum fuisse legimus, sed proflus in altum spem? Calviniani, & Lutherani Scripturas divinas petunt: cum illas, & quidem luculentas, dant, cavillantur eas alio in sensu ab illo in quo hætenus Ecclesiæ, in qua illi ipsi nati sunt, accepit, intelligendas. Quare nulla cum hominibus illis esse disputatio potest.*

III. Evincitur catholica veritas ex perpetua Ecclesiæ traditione. Concilium Eliberitanum anno circiter 305. can. XXXVIII. hæc habet. *Per peregre navigantes, aut, si Ecclesiæ in proximo fuerit, posse fidelem, qui lacrum suum habet integrum, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmis post mortem catechumenum; ita ut, si superaverit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit. Similia decernit can. LXXVII. Concilium Nicænum I. can. VIII. definit, Novatianos ad Ecclesiam redeuntes, recipiendos esse per manus impositionem. Concilia postiora, & Arelanum I. ann. 441. can. 2. Hispaniense II. ann. 619. Parisiense VI. ann. 829. cap. XXXIII. & cetera sequentia hæc catholicam veritatem confirmant.*

IV. Sancti Patres unanimes consensu confirmationem loco sacramenti habent. Tertullianus Lib. de baptis. cap. VII. inquit: *Extinde egressi de lavacro, perungimur benedictæ unitione de pristina disciplina, qua unguis oleo de cornu in Sacerdotium solebant. In nobis carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit, quomodo & ipsius baptismi carnalis actus, quo in aqua mergimur, spiritualis effectus, quo delictis liberamur. Dehinc manus imponitur per benedictionem, advocans, & invitans Spiritum sanctum.*

Conc. Theol. Tom. VIII.

V. S. Cyprianus episc. LXXIII. ad Iubaianum hæc scribit. *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesiæ baptizantur, Prepositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico confirmantur.*

VI. S. Cyrillus Hierosolymitanus cateches. III. mystagog. in qua ex instituto de confirmatione agit, hæc inter alia scribit. *Vobis, postquam ex aquis sacri lavacri ascendistis, datum est christina, quod imaginem gerit illius, quo unctus est Christus; hoc autem est Spiritus sanctus... Vos uncti estis unguento facti participes, & consortes Christi. Ceterum vide ne illud esse putet unguentum tantum: quemadmodum enim panis Eucharistiæ post sancti Spiritus invocationem non amplius est panis communis, sed est corpus Christi; sic & sanctum hoc unguentum non amplius est unguentum nudum, neque (si quis ita appellare malit) commune postquam iam consecratum est; quod Christi, & Spiritus sancti presentiam efficit. Hæc, & plurima alia similia Cyrillus, qui sæculo IV. floruit, ibidem scribit. Quid ad hæc Calvinus? qui Lib. IV. Inst. cap. XIX. §. 5. inquit: *Videmus oleum, crassum siccum, & pinguem liquorem, præterea nihil. Non est mirum, hominem carnalem, extra Ecclesiæ arcem reiectum, & caelesti lumine destitutum, nihil videre, præter oleum, & quidem crassum. At nobis lat est sanctus Apostolus, & Ecclesiæ Patres, quemadmodum sub simbolo panis corpus Christi, ita sub simbolo olei Spiritum sanctum vident. Sed ad revincendum Calvinii, & Protestantium omnium excitationem aliorum Patrum testimonia proferam.**

VII. S. Ioannes Chryostomus in cap. XVIII. *Act. Apost. inquit: Quare non acciperent Spiritum sanctum ii qui baptizarentur? Vel forsitan quia Philippus in hoc Apostolos brevi venturo honorabit, vel quod donum non habebat, erat enim ex septem illis: quod magis videtur dicendum... Nam virtutem quidem acciperant sciendi signa, non autem dandi alius Spiritum sanctum. Alia ergo ex Chryostomo est virtus sciendi signa, alia elivitus dandi Spiritum sanctum: quidquid in oppositum cum Calvino fabuletur Dallæus.*

VIII. S. Augustinus Lib. II. contr. litter. Petilian. cap. CIV. hæc docet. *In hoc unguento sacramentum christianis vultis interpretari: quod quidem in genere visibilibus signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus; sed potest esse in hominibus pessimis... Diferne ergo visibile sanctum sacramentum, quod esse*

H 3

Et in bonis, Et in malis potest... ab invisibili unctioe caritatis, qua proprie honorum est. Colligere heinc Calvinus, & Calviniani debent, quam torpore fallantur, dum ex epistola Agullini ad Ianuarium inferre contendunt, duo tantum recognovisse Agullinum sacramenta; cum hic conceptis verbis confirmationem sacramentum esse doceat. Quod confirmat Lib. XV. de Trinit. inquis: *Unxit eum Deus Spiritu sancto, non utique oleo visibili, sed dono gratis, quod visibili significatur unguento, quo baptizatus ungitur Ecclesia.*

IX. S. Hieronymus in dialogo adversi Luciferianos: *An nefcis Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus sanctus? Exigit, ubi scriptum sit in Actibus Apostolorum. Etiam sic Scripture auctoritas non subesse, tunc orbis in hanc partem consensus insular precepti obrinetur. Aures arrigite Lutherani, & Calviniani. Etiam si Scripture auctoritas aperta non esset, consensus omnium Ecclesiarum veritatem catholicam demonstrat. Plura enim ortentis a Christo acceptur Apostoli que scripta non consignarunt. Sed pergit S. Doctor. Non quidem abnuo hanc Ecclesie consuetudinem, ut ad eos qui longe in interioribus urbibus per Presbyteros, & Diaconos baptizati sunt, Episcopus, ad invocationem Spiritus sancti manum imposturus, excusat. Quod si hoc loco quis, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem non asserimus in vero baptizate tribui; discat hanc observationem ex se auctoritate defendere, quod post effusionem Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit. Si confirmatio sola esset extrenonia, ut Lutherus, & Calvinus effusissent, non esset folis Episcopi relevata; sed quilibet Sacerdotes exercere eamdem possent.*

X. Missis pluribus aliis tum Patrum, tum Conciliorum testimoniis, transcribo ex Concilio Tridentino sess. VII. de confir. can. 1. definitionem catholicæ doctrinæ. *Si quis dixerit, confirmationem baptizatorum otiosam extrenoniam esse, & non potius verum, & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse quam catechesim quamdam, qua adolescentis proximi fidei sue rationem coram Ecclesia exponebant; anathema sit.*

XI. Opponunt 1. heterodoxi, potissimum Dallæus, Ignatius, Polycarpus, Clemens, Iulianus, Athenagoras, Theophilus, Tatianus, Irenæus, qui propinquoque Apostolis floruerunt, nihil scriptum de confirmatione reliquerunt. Ergo confirmatio ab Apostolis non proficitur. Resp. Argumentum istud

negativum ex silentio aliquorum Scripturarum in aliorum conspectu vanissimum est. Numquid novatores nostri omnia que prelati Patres scriptis mandarunt, legerunt? Numquid ad istorum manus omnia istorum scripta pervenerunt? Numquid citati Patres omnia religionis nostræ dogmata scriptis illustrata ad nos transmissert? Secundo, tercio, & sequentibus sæculis Tertullianus, Cornelius, Cyprianus, & ceteri posteriores Patres confirmationem sacramentum ab Apostolis accepturum, a Christo institutum, testantur. Quid quod S. Clemens episc. 1. ad Corinthios, illius sacramenti meminit; sicut & Theophilus in eo quod restat ad Autolycum opere, ut adductis testimoniis Theologi catholici ostenderant?

XII. Opponunt 2. Apostoli non nisi gratias quas vocant gratis datas, per manuum impositionem conferrebat. Hic effectus nunc non producitur. Ergo confirmatio non est sacramentum. Resp. Iam inter disputandum dictum est, duo Apostolorum tempore collata fuisse, nempe & gratiam sanctificantem, & linguarum dona, aliaque gratias gratis datas. Nunc unum confertur, nempe gratia sanctificans.

XIII. Opponunt 3. Plures Scriptores sæculi IX. nullum discrimen consiluant inter unctioem quam Sacerdos in baptismo adhibet, & unctioem quam peragit in confirmatione. Ergo confirmatio non est sacramentum distinctum. Resp. Antecedens falsum est. Nam triplex illius sæculi Scriptores discrimen assignant inter baptismi, & confirmationis sacramenta; ut ipse Valfridus Strabo declarat. 1. unctio baptismalis fit in vertice capitis; & in confirmatione fronte ungitur. 2. in baptismo Sacerdos, in confirmatione Episcopus ungit. 3. in confirmatione, factus in baptismo, fit manuum impositio. Idcirco errat Dallæus, dum asserit, eandem esse in utroque sacramento materiam. Siquid licet sit idem chrisma, seu materia remota, diversa tamen est materia proxima; cum in confirmatione, ut dixi, unctioe adiecta sit manuum impositio. Si plura hoc de argumento cupis, legelis Druyn, Viteffium, Berti, Turnely, & alios, qui ex instituto sophismata Dallæi convellunt.

CAPUT II.

De confirmationis materia. Plures questionales resolvuntur.

I. Conventi penes omnes Theologos catholicos, materiam confirmationis esse vel chrisma, vel manuum impositionem, vel utramque simul, contra Lutherum, Calvinum, Dallæum, aliosque novatores. Pro confirmationis materia solam manuum impositionem assignant Petrus Aureolus, Sambovius, Hactius, Habert, L'Hermelier. In chrismate illam constituunt Theologi alii. Nonnulli, ut Tapperus, & materiam essentialtem, ita ut satis sit unam, aut alteram adhibere. In utraque simul, unctioem, & manuum impositionem, eam constituunt Merbesius III. Part. diss. 11. quest. v. Natalis Alexander cap. 1. art. 2. Iuvenia diss. 111. quest. 11. cap. 111. Ludovicus Habert 111. quest. 11. cap. 1. Cardinalis Gotti quest. 11. cap. 111. §. 2. Honoratus Turnely quest. 1. art. 3. Vitalius quest. 11. art. 3. sec. 5. & 6. Droin de re sacrament. quest. 111. cap. 1. Boucat diss. 2. conc. 1. Laurentius Berti Lib. XXXII. cap. IV. Huic ultimæ sententiæ, ut probaberi, subscribo.

II. Dico igitur, materiam adequatam sacramenti confirmationis esse manuum impositionem, & chrisma. Primam partem evincunt manifeste divine Scripturæ. Nam Act. VIII. dicitur: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Rursum cap. XIX. *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu: & cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos.* Hinc fit argumentum. Aut nullum est sacramentum confirmationis; & hæc est novatorum hæresis: aut manuum impositio est illius materia. Nam nullum in divinis Scripturis testimonium occurrit, quo adversus hæreticos evinceretur possimus; Apostolos alio ritu quam manuum impositione administrasse confirmationis sacramentum.

III. Confirmant hæc veritatem Patres, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus episc. LXXXI. ad Iubaianum. *Quod nunc quoque epad nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesie offerantur, & per ipsorum orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico confirmantur.* S. Ioannes Chrysostomus in cap. VIII. Act. inquit, *hoc nunc facite Episcopi quod Apostoli manuum imposi-*

tionem, & orationem super neophytos faciebant. S. Hieronymus in dial. adversi Luciferianum. *In Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipit Spiritum sanctum.* S. Augustinus Lib. XV. de Trinit. cap. XXVI. alient. *Negue enim aliquis discipulorum eius dedit Spiritum sanctum: orabant quippe ut veniret in eos quibus manus imponebant; non ipsi eum dabant. Quem morem in suis Præpositis etiam nunc servat Ecclesia.* Nec diutius immoretur in re apertissima.

IV. Alteram partem, nempe unctioem chrismatis esse partem essentialtem materiei sacramenti confirmationis, traditio Ecclesie tam orientalis, tum occidentalis evincit. Innocentius L. episc. ad Decentium scribit, solos Episcopos frontem ex oleo signare, cum tradant Spiritum Paracletum. S. Leo ser. de Nativitate. inquit: *Renati per aquam, & Spiritum sanctum acceptis chrisma salutis, & signaculo vite æternæ.* Item Gregorius Magnus in Sacramento ait: *Episcopus in oleo pollicet in chrismate facit crucem in fronte. Nec solum Pontifices, sed omnes antiqui Scriptores, & Patres Ecclesie hoc idem confirmant.* Tertullianus de baptismo. cap. VII. hæc habet. *In nobis carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit.* S. Cyprianus episc. ad Numidas. *Vagi quoque necessitate eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, ideest unctioe, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit.* S. Augustinus tract. 111. in Epist. Ioan. *Unctio spiritualis ipse Spiritus sanctus est, cuius sacramentum est in unctioe visibili.* Accedit consensus Patrum Græcorum, Dionysii, Irenæi, Cyrilli Hierosolymitani, Theodoret, & aliorum, quorum aliqua testimonia dedi supra.

V. In utraque parte igitur, nempe & in manuum impositione, & in chrismate, integra, & adequata materia sacramenti confirmationis constituenda est: quia utriusque meminerunt Patres, & tam manuum impositioni, quam chrismati, gratiæ spiritualis effectum tribuunt; ut ex iis que dicta sunt, patet.

VI. Opponunt 1. Ecclesia Græca chrisma dumtaxat in sacramento confirmationis adhibet, omisa manuum impositione. Ergo hæc manuum impositio non est pars essentialis materiei huius sacramenti. Resp. Adducta test testimonia in quibus manuum impositionis confirmatori meminerunt Patres Græci. Porro sic isti non excludunt unctioem; ita qui unctioem nominant, non excludunt manuum impositionem. Silentium quorundam Scriptorum nulli modo officere

tamen fatemur, eiusmodi exempla, si vera sint, paucissima tamen esse, atque ut plurimum non aliter consuevisse a summis Pontificibus simplices sacerdotes insigniri potestate administrandi sacramentum confirmationis, nisi sub expressa conditione adhibendi christi, non a se, sed ab Episcopo consecratum.

XVIII. Quæst. IV. Unctio in modum crucis, facta in fronte, est ne materia proxima sacramenti confirmationis? Resp. Materia remota est christi, seu unctio; sicut ablutio est materia proxima baptismi. Hæc unctio fieri in fronte debet; ut ex traditione, & decreto Eugenii IV. ad Armenos perspicue colligitur. Quæ unctio per modum crucis colligitur. Quæ unctio per modum crucis facienda est digito pollice ipsius Episcopi. Disputant Caluista, num peccaret mortaliter Episcopus, qui ungeret confirmandum alio digito quam dextero pollice. Negat Leander *disp. 111. quæst. 1111.* & citat Nugnum, Diam, Trullenchum. Adfirmant vero Suarez, Layman, Tillucius, Reginaldus, & alii. Et hæc sententia est valde probabilis: quia violare ritus Ecclesie in re gravissima, non est res levis momenti.

CAPUT III.

De forma sacramenti confirmationis.

NON leve dissidium est inter Theologos catholicos circa formam essentiali, & adequatam sacramenti confirmationis. Qui sustinent, solam manuum impositionem esse totam & adequatam materiam huic sacramenti, consequenter propugnant, orationem qua Episcopus manus imponens invocat Spiritum sanctum, esse totam huic sacramenti formam. Contra, Auctores qui docent, solam unctiorem esse adequatam huic sacramenti materiam, necessaria conlocutione inferunt, formam sacramentalem esse sequentia verba que christinationem comitantur: *Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Qui materiam adequatam confirmationis constituit & in manuum impositionem coalescere ex ratione quam recitat Episcopus dum manus imponit, & ex verbis recitatis que comitantur unctiorem. Postremum istorum plures, & graves Theologi distinguunt duplicem impositionem manuum; alteram que præcedit christinationem; alteram que in ipsa unctioe fita est; & hæc posterioriorem aiunt

esse materiam partialem huius sacramenti. Hæc inferunt, sola recitata verba que comitantur unctiorem, & hæc manuum impositionem, pertinere ad formam sacramentalem.

II. Natalis Alexander *tract. 111. cap. 1. art. 3.* Iuvenius *quæst. 111. art. 3.* Turnely *quæst. 1. art. 4.* Cardinalis Gotti *quæst. 1. dub. 4.* Droin *Lib. 111. de re sacram. quæst. 14.* defendunt, formam confirmationis coalescere ex oratione quam recitat Episcopus in prima manuum impositione, & ex adductis verbis, *Signo te &c.* que comitantur unctiorem. Quoniam, inquit, forma concomitari materiam debet. Sed materia adque sita est tum in manuum impositione, tum in unctiõne. Ergo verba que comitantur utramque partialem materiam, ad formam pertinent sacramentalem.

III. Respondet Cl. Laurentius Berti *Lib. XXXII. cap. vi.* hæc argumentationem laborare falso supposito: quia manuum impositione, que partialem materiam constituit huic sacramenti, non est illa extensio & elevatio manuum, quæcum Episcopus recitat orationem, *Omnipotens sempiternus Deus &c.* sed illa que fit in ipsa unctiõne, dum Episcopus tincto pollice signat frontem confirmandi, extensa superiori manus parte supra illius caput. In prima quippe manuum extensione Episcopus non tangit confirmandi caput; sed tantum ostendit, se orantem invocare super illum *sepissimum Spiritum sanctum.* Addunt, Pontificale Romanum præscribere, ut, completa oratione præfata, Episcopus sedeat super falsidiorium, & inquirat de nomine cuiuslibet confirmandi, illoque genibus flexis confirmet: quod fana indicat, nondum præcedenti oratione fuisse confirmatum. Præterea extensio, seu impositio manuum non solam facta aliquando est post orationem que præcedat unctiõnem, sed etiam post unctiõnem ipsam; ut ex verbis Tertulliani de *resurrect. carnis cap. 1111.* colligitur. Caro ungitur, ut anima consecratur: caro signatur, ut anima maniat; ut *anima Spiritu illuminetur.* Unde inferit Menardus *not. 332.* in Sacramentarium Gregorii, ex illo textu observandum, aliquando manus impositionem fuisse unctiõni postpositam. Postremam quamvis ritus ecclesiastici per temporum, & locorum diversitate mutationi obnoxii fuerint; tamen sacramentorum forma nunquam fuit prætermissa. Sed oratio præcedens unctiõnem, aliquando fuit prætermissa; ut constat ex libro sacramentorum Monasterii Mo-

ficen.

facensis annorum 800. a Marteno edito *cap. 11. art. 4. ord. 7.* in quo nulla habetur oratio, nisi que post peractam confirmationem recitari solet: *Deus qui Apostolorum tuus &c.* Insuper præfata oratio recitata aliquando est immediate post baptismum sacramentum. Ergo hæc oratio concludere nequit sacramenti formam, sed est quædam præfatio formam præcedens; sicut abolitionem sacramentalem antecedit oratio, *Dominus noster Iesus Christus &c.* & formam Eucharistiæ præcedit oratio, *Ut nobis fiat corpus &c.*

IV. Opponunt defensores prioris opinionis. Apostoli confirmantur orando, & manus imponendo, ut habetur *Act. 18. Oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum &c.* Argumentum istud sibi opponit S. Thomas *111. Part. quæst. 132. art. 4.* & respondet ad 1. *Per ministerium Apostolorum quandoque dabatur effectus huius sacramenti, scilicet plenitudo Spiritus sancti, quibusdam visibilibus signis miraculose a Deo effectis, qui possent effectum sacramenti sine Sacramento conferre: & tunc non erat necessaria nec materia, nec forma huius sacramenti. Quandoque autem, tanquam ministri sacramentorum, hoc sacramentum præbebant: & tunc sicut materia, ita & forma ex mandato Christi, utebantur. Multa enim servabant Apostoli in sacramentorum collatione que in Scripturis communiter prepositis non sunt tradita. Nihil ergo ex præfato textu in suum favorem colligere laudari Theologi valent. SS. Ecclesie Patres, tribuentes manuum impositionem, & orationi Spiritum sanctum, ritum describunt confirmationis, non formam designant; sicut quando dicant, corpus Christi confici per orationem, & Crucis signum, ritum indicant, non formam Eucharistiæ perhibent.*

V. Delibavi utriusque partis momenta, ex quibus colligo, non esse a communi sententia recedendum. Dico igitur, formam adequatam sacramenti confirmationis esse verba que comitantur unctiõnem: *Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* S. Thomas *111. Part. quæst. 132. art. 4.* in huius sententia confirmationem adducit auctoritatem Ecclesie, que hæc forma utitur. Et replea Eugenius IV. in Concilio Florentino in decreto ad Armenos definitivè. *Forma autem est: Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* S. Thomas congruentiam istius formæ exponit *loc. cit.* his verbis, *In hoc sacramento tria sunt necessa-*

ria, que continentur in forma prædicta. Quorum primum est causa conferens plenitudinem roboris spiritualis, que est sancta Trinitas: que exprimitur, sicut dicitur. In nomine Patris &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini confertur per sacramentum materie visibiles, ad salutem in quod quidem tangitur, cum dicitur: Confirmo te christina te salutis. Tertium est signum, quod pugnatore datur; sicut & in pugna corporali militis insignitur Ducum insignuntur: & quantum ad hoc dicitur: Configo te signo Crucis, in quo scilicet Rex noster triumphavit. Similia docentur in Catechismo Romano *Part. 11. cap. 111. §. 11.* Præfata igitur verba exprimentur actualem applicationem, & administrationem sacramenti. Hæc tamen forma obnoxia fuit variis mutationibus accidentibus, salva veris substantialibus significatione; ut animadvertit Laurentius Berti *Lib. XXXII. cap. vi.* allegatæ exempla. Nam in vetustissimo Pontificali, quod Egeberto inscriptum est, & exaratum sæculo 1111. hæc habentur: *Accipe signum sanctæ Crucis chrismate salutis in Christo Iesu: Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Aliis verbis exprimitur hæc forma in MS. Pichavienfi octingentorum annorum. *Signat te Deus sigillo fidei sue in confirmatione fidei.* Pontificale Ecclesie Carthagensis non minus antiquum sub aliis verbis hæc formam præberet: *Confirmo, & configo te in signum sanctæ Crucis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Si plura curis, lege Martenium *Top. 1. de antiq. Eccl. tit. 111.* Hæc, & aliæ similes diversitates accidentales sunt, que substantiam non immutant. Quare resolute manent quæsiuncule que disputantur a Caluista, æquum validum administrare sacramentum, si aliud præfate formæ verbum immutetur. Nihil enim varietur substantialis significatio, sacramentum valide administratur, etiam si nunc pro alio verbo substituitur. Peccaret tamen, & quidem graviter, qui data opera ritum suæ Ecclesie non observaret.

VI. Græcorum formula est eiusmodi: *Sig-naculum Spiritus sancti.* Forma hæc valida est, quia Ecclesia Latina semper ratum habuit sacramentum confirmationis, administratum in Ecclesia Græca. Plura disserere Theologi solent de hac formula. Sed tanti momenti non sunt, ut egeant maiori difficultione; præsertim quod eruditi doctique Theologi omnia hæc pertinentia pleno in lumine constituerint.

CAPUT IV.

De auctore, & ministro confirmationis.

IN Ovatores, qui sacramentum confirmationis de medio tulserunt, consequenter negant Christum esse eundem auctorem. Sed, misso hereticorum errore supra convulso, quid Theologi catholici sentiant, paucis exponendum est.

II. S. Thomas III. Part. quæst. lxxii. art. 1. ad 1. duas refert opiniones circa auctorem ipsius sacramenti. Prima illorum est qui contendunt, nec a Christo, nec ab Apollolis institutum hoc sacramentum fuisse, sed postea, inquit, *precessu temporis in quodam Concilio*: quam opinionem tenuit Alexander Aletius Part. IV. quæst. xxiv. membr. 1. Aletius opinionem hæreticam asserit Gregorius de Valentia Tom. IV. disp. v. quæst. 1. part. 1. Sed ab hac sententia celeberrimi Aletium purgant viri docti, animadvertentes, cum negare, Christum immediate instituisse hoc sacramentum, non mediate. Et re ipsa S. Thomas hæresis notam non impingit huic opinioni, sicut nec secunda, quam ibidem refert, quæ ait, hoc sacramentum institutum fuisse ab Apollolis. Dumtaxat concludit his verbis. *Sed hoc non potest esse: quia institueret novum sacramentum pertinens ad potestatem excellentia, quæ competit soli Christo.*

III. Dico igitur cum communi Catholicorum sententia, Christum esse immediate institutorem huius sacramenti, sicuti ceterorum omnium: idque in superiori libro de sacramentis in genere ostensum est. Disputant Theologi, quo tempore Christus Dominus hoc instituerit sacramentum. Alii contendunt, institutum a Christo fuisse pridie quam obierit; alii post resurrectionem; & alii in die Pentecostes. Convenit penes eruditos Theologos, nihil certi constitui posse neque ex Scripturis, neque ex traditione. Ideo inquit prudenter de more S. Thomas loc. cit.) *dicendum est, quod Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo, secundum illud Iohannis xvi. Si non abiero, Paracletus non venit ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. Et hoc idem quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat data ante Christi resurrectionem, & ascensionem, secundum illud Ioh. vii. Nondum erat Spiritus datus, quia ille nondum erat glorificatus. Nonnulli epistolam Fabiani laudant, ut designent institutionis tempus. Sed epistolam*

hanc, sicuti & alias ante Siricum Decretales Pontificam, ut supposititiam rejiciunt communiter eruditi.

IV. Quæst. I. An solus Episcopus sit ordinarius minister ipsius sacramenti? Resp. Quocumque Presbyterus esse huius sacramenti ministros essent. Errori huic subscripserunt Valdenses, Wiclemista, Hussitæ. Lutherus, distinctionem Presbyterum ab Episcopo deridens, hos redarguit, quod sibi ipsi confirmandi usurpaverint. Luthero Calvinus accedit Lib. IV. Institut. cap. xix.

V. Ad quæsitum cum omnibus Catholicis adfirmative respondeo, Idque definitum est in Concilio Florentino in Institut. Armen. ubi hæc habentur: *Ordinarius minister est Episcopus, & cum ceteras actiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hæc moniti Episcopus debet conferre: tum in Concilio Tridentino sess. vii. can. 111. his verbis: Si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinarius minister non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathematis. Conciliorum definitiones ex divinis Scripturis, & SS. Patribus hæc sunt. Siquidem Act. viii. narratur Petrum, & Joannem ivisse Samariam, ut iis qui baptizati a Philippo Diacono erant, traderent Spiritum sanctum. Cur Philippus manus non imposuit, confirmavitque baptizatos? Nec reponas, Petrum, & Joannem, non ut Apollolis, sed ut Presbyteros baptizatos confirmasse. Quoniam arbitraria cavillatio hæc est, Patrum traditioni adversa. S. Cyprianus epist. lxxii. ad Iulianum inquit. *Qui baptizantur, Præpositus Ecclesie (nempe Episcopus) offerantur, ut per nostram orationem, & manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo domini confirmentur.* Sanctus Ioannes Chrysolomus homil. xviii. in Act. expressus relictis cavillationem indicat. *Mea sententia hæc. Philippus unus e septem erat, secundum a Stephanus idem & baptizans Spiritum sanctum non dabat: neque enim facultatem habebat, hoc eum domum gloriam Apostolorum erit. Nam virtutem quidem acceptam faciendi signa, non autem dandi alii Spiritum sanctum. Igitur hoc erat in Apostolis singulare. Unde & præcipio, & non alios videmus hoc facere. Innocentius I. epist. ad Decentium cap. 111. inquit: De confirmandis vero infantibus mansuetum est, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis debent, ut vel**

con-

conferant, vel Paracletus Spiritum sanctum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica detradat, verum & illa testio Actuum Apostolorum, quæ asserit, Petrum, & Joannem esse directos, qui iam baptizati traderent Spiritum sanctum. Nam Presbyteris, seu extraneo Episcopo, seu presente Episcopo baptizato, christum baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradant Spiritum Paracletus.

VI. Congruentem rationem post conflantem Ecclesie traditionem perhibet S. Thomas III. Part. quæst. lxxii. art. 11. his verbis. *In quolibet opere ultima confirmatio supereminet, aut virtuti referatur; sicut præparatio materia pertinet ad inferiores artifices, superior autem ad formam. Supremus autem est ad quem pertinet usus, qui est finis artificiorum.* Unde epistola, quæ a notario scripturæ, a Domino Papa signatur. Fideles avertitur, Christi sunt quædam divinum opus, sicuti Christi sunt quædam divinum opus, sicuti Christus illud 1. Cor. 111. Dei edificatio estis. Sunt etiam quasi quædam epistola Spiritus Dei scripta, sicut dicitur 11. Cor. 111. Hæc autem confirmationis sacramentum est quasi ultima consummatio sacramenti baptismi; ita scilicet quod per baptismum edificatur homo in domum spirituales, & conscribitur quasi quædam spiritualis epistola; sed per sacramentum confirmationis, quasi domus edificatur, dedicatur in templum Spiritus sancti, sicut, a Domino Papa signatur signo Crucis. Et ideo collatio huius sacramenti Episcopis reservatur, qui obtinent summam potestatem in Ecclesia; sicut & in primitiva Ecclesia per impositionem manus plenitudo Spiritus sancti dabatur, ut habetur Act. viii. Unde Urbanus I. Papa dicit. *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur.*

VII. Opponent t. Ananias, qui Episcopus non erat, manus imposuit Saulo, ut habetur Act. ix. S. Hieronymus in dialogo ad Luciferianos docet, Episcopos ex consuetudine, non ex necessitate, ministros esse confirmationis: aliquando legendi essent plurimi qui in remotioribus locis baptizati a Presbyteris obtulerunt, antequam ad Episcopos deferantur. *Quid enim* (inquit epist. ci. olim lxxxv.) *facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod non facit Presbyter?* Resp. Principio saltem est, Ananiam non fuisse Episcopum, cum fuerit unus ex lxx. discipulis,

quos Episcopos existisse, & plurimum scilicet episcopatum fundatores certum est. Respondent alii, Ananiam, facultate ab Apollolis obtenta, christum contulisse. Aliis placet, Ananiam non confirmasse Paulum, sed a cæcitate eum curasse. *Videtur enim, Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus, ut usum recipiat.* Quare hæc manu impolitio non fuit confirmatoria, cum baptismum præcesserit, sed similis illi cuius meminit S. Marcus cap. ultim. *Super agros manus imponit, & bene habebunt.* S. Hieronymus de consuetudine loquitur, non hominum arbitrio, sed Apollolorum auctoritate investita. Ad honorem utique Episcopatus solis Episcopis tributa est facultas confirmandi. Poterat Christus aliter præscribere; sed hæc speciali prerogativa insignire Episcopatum voluit. Epist. ci. S. Hieronymus adiacem corerit cuiusdam Falcedii, qui Diaconus Presbyteri præferebat. Idcirco Presbyterorum supra Diaconos gradum essent; nequaquam vero omnia ibi episcopalia munia recenset; cum id eis institutum non esset. Alii respondent, S. Hieronymum per seipsum ad consuetudinem Ecclesie Alexandrinæ, in qua Presbyteri ex Episcoporum commissione confir-

abant.

VIII. Instat Calvinus Lib. IV. Institut. cap. xix. §. 10. conlata inania abreptus, declamans. *Os sacrilegum, tu ne pinguedinem favore duntaxat abestus tui iniquitatem, & verbosum innumere incantatum aures Christi sacramento opponere? . . . Nonne fe Donatistas producit qui vira sacramenti a ministris dignitate estimant? . . . Si quis ab illis scilicet, unde tanta prerogativa Episcopis delata fuerit, quam rationem afferent, præter suam libidinem? . . . Cur non eodem argumento contentio sit Episcopis sacramentum sanguinis in cæca Domini attingendum esse? Resp. Fuit de more captis vertigine ductus nebulo ille. Donatisti errabant, asserentes vim sacramenti a fide & probitate ministri pendere; nullumque sacramentum a ministro improbo collatum contendebant. Quod aliqua sacramenta a ministro in maiori dignitate constituto conferri possint, exclusis inferioribus, nullam unquam cum Donatistis disputationem Ecclesia catholica habuit. Perperam ergo obrudat Calvinus Donatillarum errorem in hæc causa. Cur autem solis Episcopis tributa Ecclesia postulare confirmandi, concedatque Episcopis Presbyteris facultatem, conficiendi Euchariisam; responsum iam est, & hoc sacramentum institutione id profecti; & hoc sacramentum, & perpetuæ traditionis docu-*

men-

mentis offensam est. In aliquibus Presbyteri Aposolitis succedunt, secus in omnibus.

IX. Opponunt 2. Synodus Iliberitana ann. 315. can. xxxviii. & lxxvii. præscribit, ut baptizatus a Diacono, per manus impositionem perficiatur. Ergo Diaconus, nedum Presbyter, concessa olim erat confirmandi potestas. Concilia Carthageniense I. & III. prohibent ne christina conficiatur a Presbyteris. Concilium Toletanum I. an. 400. can. 11. hæc definit. *Statutum est, Diaconum non christinare, sed Presbyterum, absente Episcopo: præsertim vero, si ab ipso fuerit preceptum.* Hæc, & alia ægerit Dallæus, ut inferat, Presbyteros christina administrasse. Resp. Canones Iliberitani decernunt ut Episcopus baptizatus in necessitate a laico, vel a Diacono, per benedictionem perficiat. Concilium Carthageniense I. & III. reprimunt quorundam Presbyterorum ausum qui christina confecerant contra antiquas definitiones. Ambo Concilia laudata opponunt, in præteritis Conciliis veritatem esse Presbyteris christinatis confessionem, & solum pravaicationem contra antiquos canones damnant. In Concilio Toletano agi non de christinatione sacramentali, sed veritatis dumtaxat, contendunt plures: cuius unctionis peragenda facultatem concesserat S. Sylvestre Presbyteris, absente Episcopo; aut eodem præsertim, si annuat, & præcipiat. Christianus Lupus concedit, Toletanum Concilium loqui de christinatione sacramentali, quam peragebant Presbyteri ex facultate extraordinaria concessa. Plura alia obiciuntur a Dallæo, quæ cum resoluta communiter a Theologis nostris sint, præterito.

X. Quæst. II. *Concedi ne potest simplici Sacerdoti facultas confirmandi?* Resp. Negantem sententiam defendunt Robertus Pullus Cardinalis, Hugo Victorinus, Altiliodorensis, Durandus, Gabriel, Eftius, Sambonius, Petrus Aureolus. Adhærentem sustinet S. Thomas cum universa eiusdem Schola, celeberrimos quoque ex Francicana familia Theologos, ficut et ex Augustiniana Schola huic admittenti parti accedunt. Item Bellarminus, Suarez, Valentia, & communiter recentiores alii. Dissident tamen quod aliqui velint a solo summo Pontifice, alii a singulari Episcopo in suis diocesis, alii a singulis Episcopis, alii etiam Diaconis, alii solum Presbyteris, alii etiam Diaconis concessi ministerium istud posse. Denique alii existimant, abique ulla dispensatione Presbyteros confirmare valide, tametsi illicite posse.

XI. Demonstratur sententia communis S. Thomæ, & aliorum Theologorum, auctori-

tate Concilii Florentini, seu Eugenii IV. in decreto ad Armenos, ubi postquam statuit, *solum Episcopum ordinarium esse confirmationis ministrum*, continuo subdit: *Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa, simplicem Sacerdotem christinate per Episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.* Colligitur quoque ex Tridentino Concilio, damnannte eos qui negant, confirmationis ordinarium ministrum esse solum Episcopum. Unde inferitur, extraordinarium ministrum ex facultate delegata administrare sacramentum istud posse. S. Thomas III. Part. quæst. lxxi. art. 1. ad 1. exemplum allegat S. Gregorii Magni, qui, cum epist. ix. Lib. IV. data ad Iannarium Episcopum Calaritanum, redarguisset quosdam in Sardinia Presbyteros ius administrande confirmationis sibi usurpantes, postea facultatem istam indulget, ut auferret scandalum quæ ob talem prohibitionem orta fuisset recriperat laudatus Episcopus: qui respondet Pontifex Summus epist. xxvii. his verbis. *Nos quidem secundum usum veteris Ecclesie nostra fecimus; sed si omnino hæc de realiqui contrivantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizandos tangere debeant concedimus.*

XII. Varia respondent adversarii, ut vim huius exempli elevet. Durandus ait, Pontificem errasse. Sed turpiter oberrare Durandus, nos reponimus. Eftius, Petrus de Marca, & alii reponunt, Gregorium concessisse facultatem. Hoc responsum seipso corrumpit. Pontifex loquitur de unctione peragenda in fronte, quæ non antecedit, sed subsequitur baptismum. Præterea eam unctionem concessit quam prius secundum antiquam Ecclesie Romanæ morem negaverat. Hæc autem est confirmatoria, solum Episcopo reservata. Nec verbum baptizandos quidem præsert difficultatis; cum expressè Gregorius loquatur, ut iam dictum est, de unctione facienda non in vertice, sed in fronte; quæ a solo Episcopo post baptismum peragitur.

XIII. Alia exempla allegant summorum Pontificum, qui confirmandi facultatem indullerunt Sacerdotibus. Nam Missionariis Ord. Min. hanc facultatem concessere Ioannes XXII. Nicolaus IV. Leo X. Nicolaus V. Urbanus V. Idem indultum concessum narrat Arcudius Lib. II. de concord. Eccles. orient. & occident. Missionariis in Brasiliis regionibus. Tandem summus Pontifex BENEDICTUS XIV. Lib. VII. de Synod. capit. vii. num. 7. concludit: *Quare non videtur hodie fas esse,*

potest.

potestatem, de qua olim disceptabatur, summo Pontifici abdicare.

XIV. Obiciunt 1. Summi Pontifices Nicolaus I. Innocentius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Clemens VIII. damnarunt consuetudinem Græcorum Presbyterorum confirmationum baptizatos. Resp. Iusta fuit illorum Pontificum condemnatio, qui contende- bant, Presbyteros esse ordinarios istius sacramenti ministros, iuxta ac Episcopos; nulloque Scripturarum testimonio evinci posse, solum Episcopos ius confirmandi additum esse. Quamobrem merito Nicolaus Pontifex nullam declaravit confirmationem quam Presbyteri Græci, ut ordinarii ministri, conferebant. Innocentius III. Presbyteris tantum Latinis Constantinopoli degentibus, interdixit ne confirmarent: quia nullum super hoc indultum obtinerant. Ceteri Pontifices, qui Presbyterorum Græcorum confirmationem nullam declararunt, id definiere quod de iure ordinario istem compete- bat, præscindentes ab indulto illi concessa a Gregorio Magno confirmandi; tamquam ministris extraordinariis. Clemens VIII. anceps fuit, num Presbyteri Græci in Italia desentes eodem indulto præditi essent: idcirco iussit, sub conditione eos iterum confirmari qui signati ab illis fuerant.

XV. Obiciunt 2. Summus Pontifex nequit Diacono facultatem conferre absolventi a peccatis, & consecrari Eucharistiam: ergo neque confirmandi. Resp. Transcribenda est S. Thomæ doctrina tametsi proluxa: quia hæc sola plures resolvuntur in hæc contro- versia difficultates. Igitur in IV. dist. vii. quæst. vii. art. 1. quæstion. 3. hæc scribit. *Sciendum est, quod, cum Episcopus non addeat aliquid supra Sacerdotium per relationem ad corpus Domini verum, sed solum per relationem ad corpus mysticum, Papa per hoc quod est Episcopus Summus, non dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad corpus Domini verum, sed per relationem ad corpus mysticum. Et quia gratia sacramentalis descendit in corpus mysticum a capite: ideo omnis operatio in corpus mysticum sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramentali super corpus Domini verum: & ideo solus Sacerdos potest absolvere in suo penitentiali, & baptizare ex officio. Et ideo dicendum, quod promovere ad illas perfectiones quæ non respiciunt corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum, potest a Papa, qui habet plenitudinem pontificalis potestatis, committi Sacerdoti, qui habet actum*

summum super corpus Domini verum; non autem Diacono, vel alicui inferiori, qui non habet perficere corpus Domini verum, sicut nec absolvere in foro penitentiali. Non autem potest simplici Sacerdoti committere promovere ad perfectionem que respicit aliquo modo corpus Domini verum: & ideo simplex Sacerdos ex mandato Papa non potest conferre ordinem Sacerdoti, quia ordinis sacri habet actum supra corpus Domini verum, vel supra materiam eius. Potest autem concedere simplici Sacerdoti, quod consecrat virores ordines, quia isti nullum actum habent supra corpus Domini verum, vel materiam eius, nec etiam supra corpus mysticum actum per quem gratia consecratur; sed habent ex officio quoddam actus secundarios, & preparatorios. Et similiter potest concedere alicui Sacerdoti, quod confirmet; quia confirmatio perficit eum in actu corporis mystici, non autem habet aliquam relationem ad corpus Domini verum. Simplices Sacerdotes habent potestatem inchoatam, & imperfectam confirmandi ratione characteris sacerdotalis. Ideo adveniē- te dispensatione, possunt tamquam delegati hoc sacramentum administrare: quia potestas illa inchoata, imperfecta, & dependens, medio indulto evadit perfecta, & completa in suo genere.

XVI. Quæst. III. *An solus Papa possit simplici Sacerdoti potestatem confirmandi imperi- ri, secus Episcopus?* Resp. Possit Episcopus simplici Sacerdoti potestatem imperiarii administrandi confirmationem, defendunt Christianus Lupus, Thomassinus, Farvacquesius, Vanespens, Iuvenis, Vanroy, Layman, & alii permulti. Sed communis, & vera sententia negat. Quia Eugenius IV. clare in suo decreto asserit, aliquando Presbyteros per Apostolicæ Sedis dispensationem hoc sacramentum administrasse. Clemens IV. in litteris ad Patriarcham Armenorum, ut referit Raynaldus ad ann. 1351. hæc scribit. *Primo de consecratione christinatis, si credis quod per nullum Sacerdotem qui non est Episcopus, potest christina rite & debite consecrari.* Secundo, *si credis quod sacramentum confirmationis per alium quam per Episcopum non potest ex officio ordinari ministrum.* Tertio, *si credis quod solum per Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, possit dispensatio sacramentalis confirmationis Presbyteris qui non sunt Episcopi, committi.* Quarto, *si credis, quod christinatis per quoscumque Sacerdotes qui non sunt Episcopi, nec a Romano Pontifice super hoc commissum, seu concessum aliquam recipiant, iterum per Episcopum, vel Episcopos*

dicop sunt confirmandi. Postremum BENEDICTUS XIV. feliciter regnans in Bulla *Epist. pastoralis*, edita ap. 1742. declaravit irritas collatas confirmationes a Presbyteris Ital. Graecis iniquis: Cum neque per Praedecessores nostros, neque per nos Graecis Presbyteris in Italia, & in insulis adiacentibus, ut infantibus baptizatis sacramentum confirmationis conferant, facultas concessa sit, aut concedatur. Hanc eandem sententiam defendit S. Thomas III. Part. q. lxxii. art. 11. Tandem BENEDICTUS XIV. de Synodo Lib. VII. num. 7. sic concludit. Ceterum, quidquid sit de hac perdifficili, & valde implexa controversia, omnibus in confesso est, irritam nunc fore confirmationem a simplici Presbytero Latino ex sola Episcopi delegatione collatam: quia Sedes Apostolica id iuris sibi unice reservavit.

XVII. Quaest. IV. An christiatis sacramentum administratum ab Episcopo haeretico validum sit? Resp. Sententia affirmans communis & vera est; dummodo administratum sit sub praescripta verborum forma. Sicut enim validum est baptismus ab haereticis administratum, ita quoque valida est confirmatio.

XVIII. Quaest. V. An peccet mortaliter Episcopus non confirmans opportunis temporibus in sua diocesi, aut confirmans subditos alterius diocesis? Resp. Affirmant primam partem communitur Theologi: ut Pastor astringitur palcare gregem suum. Et, cum deficit in administratione sacramentorum, illic ommissio gravis esse plena est. An vero graviter peccet, si alterius diocesis subditos confirmet, disputant in utramque partem Theologi. Sed spectanda circumstantiae sunt. Allicubi enim ubi receptum esse potest ut Episcopus confirmet omnes accedentes ex quoqueque diocesi. Alibi Episcopus prohibetur erit ne subditos aliena diocesis confirmet. Quare prudens sit Episcopus oportet in huiusmodi sacramenti administratione. Et quando Episcopi diligentes erunt in proprio munere obsequio, quisque confirmabit subditos suos. In aliena vero diocesi confirmare Episcopus nequit; cum hoc verum sit a Tridentino Concilio *sess. vi. de Refor. cap. v.* Episcopus hoc sacramentum administrans, immunis esse debet a culpa: adhibere christum debet illius anni, servare ritus ab Ecclesia praescriptos, & in Ecclesia illud conferre.

CAPUT V.

De subiecto, de dispositionibus, deque effectibus sacramenti confirmationis.

I. Quaest. I. Quinam sint capaces sacramenti confirmationis? Resp. Omnes homines sive adulti, sive infantiles, baptismo initiati, sunt istius sacramenti capaces; ut Ecclesiae tum Graecae, tum Latinae consuetudo duodecim saeculorum evincit. Quoniam, ut S. Thomas III. Part. *quasi. lxxii. art. 8. ad 2.* inquit, etas corporalis non praestitit carnis animae. Unde etiam in puerili etate homo potest consequi perfectionem spiritus sancti status... Et inde est quod multi in puerili etate, propter robur Spiritus sancti perceptum, usque ad sanguinem fortiter certaverunt pro Christo. Omnis itaque etas, baptismo precedente, capax confirmationis est. Aliquando tamen baptismus denegata confirmatio legit; ut ex Concilio Eliberitano *can. xxxix.* colligitur, ubi haec habentur. *Genitiles, si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manus imponi, & fieri Christianos.* Ergo, si inhonestae eorum existisset vita, denegata illis confirmatio fuisse.

II. Quaest. II. Conveniens ne est ut post rationis usum pueris confirmatio administraretur? Resp. Leander *dis. iv. quasi. 111.* aliter convenientius esse, infantem ante usum rationis confirmari. Laudat pro hac opinione plures alios. Frequenter Auctor ille ad extrema declinat. Revereri debuit Ecclesiae Latinae consuetudinem, suae opinionis manifeste adversam. Quamvis omnis etas, ut dictum est, apta ad confirmationem sit; tamen plura Concilia statuerunt, ut haec sacramenti administratio differatur post adeptum rationis usum. Quia cum non sit necessaria haec confirmatio necessitate medi, expediens est ut confirmandi ferventiori devotione accendant ad illam suscipiendam. Ut plerumque Conciliorum canones praeteream, scribitur determinationem Catechismi Romani in quo de *confirm. §. 18.* haec habentur. *Omnibus quidem post baptismum confirmationis sacramentum posse administrari; sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si duodecimum annis expectandus non videatur, usque ad septimum certe hoc sacramentum differre maxime convenit. Neque enim confirmatio ad saltem necessitatem instituta est; sed ut eius virtute optime instruitur, & parati inveniremur, cum nobis pro*

pro Christi fide pugnandum esset: ad quod sane pugnae genus pueros, qui adhuc usu rationis carent, nemo aptos indicavit. Expectandus ergo est rationis usus; at non videtur differenda confirmatio usque ad duodecimum annum, inquit Catechismus. Diligenter ergo & parentes, & Parochi curent, ut pueri ratione praediti manu impositione roborentur, animeturque ad certamen cum hostibus in eundem. Urgente tamen mortis periculo, ante septennium, rationique usum maxime expedit hoc sacramentum administrari.

III. Quaest. III. Nam amentes, aegroti, & enervati sunt confirmandi? Resp. Si amentes lucida intervalla habeant, tum administrandum illis hoc sacramentum est. Si perpetuo amentes sint, superfluum est opportunum expectare tempus. Dominicus Soto in *II. disp. vii. art. 8.* docet, sacramentum hoc collatum perpetuo amentibus, validum esse. Ceterum, postquam ex usu Ecclesiae, inquit, non confirmantur infantes usque ad usum rationis, sit ut neque possit idem sacramentum administrari amentibus. Leander *q. v.* contendit, probabilius esse quod perpetuo amentes confirmandi sint; & citat Laymannum, Sylvium, Dianam, & ipsum D. Thomam; sed prolixo falle. Episcopi arbitrio & prudentia hoc relinquendum est. Si in attentione gravi scelere inquinati incidierint, non sunt confirmandi. Aegroti confirmari debent, tum ut armentur in ultima luctu, tum, inquit S. Thomas *cit. quasi. lxxii. art. 8.* ut in resurrectione perfecti appareant. Enervati sacro chrismate linuntur, ut robustiores contra demones fiant. Surdos, & mutuos confirmandos esse docent omnes.

IV. Quaest. IV. Quomodo dispositiones requiruntur in adultis confirmandis? Resp. Si confirmandi alicuius gravis culpa sibi sint commisit, praeterire confessionem debent. Dominicus Soto in *II. disp. vii. art. 8.* docet, culpam utique esse accedente hoc in calu ad hoc sacramentum sine confessione; at putat non esse mortalem, si adit contritio. Leander *quasi. vi.* docet, neque sub culpa veniali astringi confirmandum concilium gravis culpa praeterire confessionem: & pro hac opinione citat Reginaldum, Toletum, Henricum, Trullenchum, & alios. Sed hanc opinionem rejicitio ut fallam, & laxam. Meribellus III. Part. *quasi. xx.* Natalis Alexander *cap. v.* plures Conciliorum canones adducunt, qui, ut praemittatur confessio, iubent. Concilium Lingonense, ann. 1404. celebratum statuit. *Priusquam quis confirmetur, si amos discretionis habet, confiteatur peccata sua.* Conc. Theol. Tom. VIII.

cata sua, & si ieiunius, sifiteri potest. Synodus Senonensis ann. 1524. inquit: *Suscipere hoc sacramentum, si commode fieri potest, sint ieiunius: & si adulti fuerint, contritio, & confessio.* Concilium Burdigalense ann. 1582. *Monentur qui adulti sunt, ut ad tantum sacramentum non accedant nisi praemisissent peccatorum confessionem, aut saltem maximo peccatorum dolore, & mature confitendi proposito.* Synodus Rhenensis ann. 1583. *Episcopi conferent hoc sacramentum gratis, & iis qui usum aliquem rationis habent, confessio, & si commode fieri potest, ieiunius; & admoventurque ut symbolum apostolicum, & orationem dominicam memoria mandent.* Martene Tom. IV. plures alios colligit canones hoc spectantes. Laurentius Berti *Lib. XXXII. cap. viii.* ut hanc sententiam confirmet, plura ex eodem Martene promittit.

V. Respondent adverte sententiae patroni, praefatas Synodos non esse oecumenicas. Id verum habet. Sed quid inde? An propterea non prevalent plurimorum Casuistarum auctoritati? Insistent, haec Concilia monere, non praecipere, ut confessio praemittatur. At falluntur. Quamvis enim praecipuum expressum absolute non sit; ita tamen Concilia loquuntur, ut inde praecipuum valde probabiliter colligatur: ratioque urget, quoniam haec sanctae tralanda sunt. Sententiam hanc tamquam certam confirmat BENEDICTUS XIV. *Vol. VI. Notif. de sacramenti poenitentiae quod attinet, ratio nimis evidens est. Siquidem cum gratia pugnet cum peccato, quamvis non cum characteribus, si quis infelix peccato pollutus christiatis sacramentum percipere, characterem, non gratiam recipere, & novoque crimine suam gravare animam.* Sententiam istam, sacris canonibus omnino conformem, S. Antoninus III. Part. tit. XIV. *cap. 111. §. 1.* confirmat his verbis. *Qui renuntiat gratia baptismali, quod fit per mortale commissum, postea accedens ad confirmationem cum eo, non confirmaretur in gratia, nec augetur sibi gratia, immo mortaliter peccaret, & magis debilitaretur in anima: quamvis characterem recipere indebilem, & hoc nisi resisteret prius gratia amissa, quod non fit nisi per poenitentiam.* Milla itaque Casuistarum opinio tamquam nimis laxa, sententiam quam docent canones, & sancti viri, amplectenda est.

VI. Quaest. V. Requiritur ne ut confirmandi sciant symbolum apostolicum, sintque ieiunius? Resp. Ita praescribit non solum laudatae Synodi, sed plures aliae; immo praeter

CAPUT VI.

De necessitate huius sacramenti. Reselluntur PP. Viva, La-Croix, & aliorum Casuistarum opiniones laxae.

I. Novatores Lutherani, & Calviniani sacramenti confirmationis necessitatem derident, tamquam Spiritui sancto iniuriosam. Quid, clamant blaterones isti, iners ne, & otiosus Spiritus sanctus in baptisate? An in hoc sacramento non confert Deus gratiam ad vincendas hostium tentationes? Horum aberrationes damnavit Concilium Tridentinum *sess. vii. can. 11. de confir.*

II. Recentiores Casuisti permulsi conlucet benignitatis obtentu negant quodcumque praecipuum, sive divinum, sive ecclesiasticum, suscipiendo confirmationis. P. Leander *tract. 11. disp. 1. quest. v. hae scribit.* » Longe probabilius respondeo, non dari tamen » praecipuum divinum: quia nec ex Scriptura, nec ex traditione Patrum constat » dari tale praecipuum. Deinde *quest. vi. quart.* an saltem detur praecipuum ecclesiasticum: & ait: » probabilibus respondeo, » nec tale praecipuum esse datum. » Tandem *quest. vii. disputat.* sit ne saltem peccatum veniale hoc sacramentum ex negligentia omittit: & inquit: » Probabiliter » respondeo esse peccatum veniale.

III. P. Dominicus Viva ultra pergit, quia abique peccato etiam veniali omitti hoc sacramentum posse defendit. Hae sunt illius verba in *Cur. Theolog. Part. V. quest. 111. art. 2. num. 6. Respondeo cum communi apud Dianam...* non esse mortale illud (sacramentum confirmationis) velle suscipere, praecipio contemptivo, & scandalo. Immo ex *Trull. & Henr. contra Nat. apud Conink nec veniale quidem, cum nullibi extet praecipuum de isto suscipiendo.* Nec venialem quidem culpam perpetrat Christianus qui in hoc agone constitutus, & undique hostium multitudine circumdatus, deliberat non sit tam inerte praesidio? Declamator ne ero, & fanatice caritatis violator, si dixerio, hanc doctrinam nimiam redolere laxitatem? Quare rescribit oppositio cavillatoria Nocetii in suo opere inscripto *Veritas vindicata*, edir. Lucen. pag. 203. Neque enim ibi ego Auctorum opiniones expendi, sed damtaxat rescripti sententiam P. Dominici Viva, qui ex Conink absolute excludit culpam venialem. Declamatur ergo contra Socium suum Patrem Viva, non contra me.

IV. P. Claudius La-Croix *Lib. VI. part. 1. dub. 3. num. 395. quest. LXIII.* hae scribit. Quid praeterea notandum sit circa necessitatem confirmationis. Resp. Fuisse olim praecipuum ecclesiasticum, ut suscipere confirmatio, colligit Dicaethilo *hic num. 105. ex variis Conciliis, & dictis SS. PP.* Recte docet *dub. 10. cum communi, per defectum non desisse illud praecipuum.* Non recte, sed false colligit Dicaethilo, praecipuum istud nunc desisse, ut mox evincam. Pro hac opinione negante praecipuum, ut ego quidem arbitror, valde laxa, citat Leander *loc. cit.* Suarez, Valentiam, Filiucium, Soram, Villalobosium, Bonacinam, Laymanum, Dianam, Ledelma, Henriquez, & alios plures. Salmanticenses quoque hanc defendunt opinionem *tract. 111. cap. 19. punct. 4. ubi num. 57.* non plus obligationis suscipendi huius sacramenti imponunt fidelibus quam sit audiendi Sacri dicit feriat: quo sane opinio mihi laxa videtur.

V. Certum penes omnes est, hoc sacramentum non esse necessarium necessitate medi; cum baptizati, si decedant, antequam christum ab Episcopo linantur, regnum caelorum, si nihil in eis damnationis sit, obtineant. Tota igitur controversia ad necessitatem praecipii divini, & ecclesiastici reducitur.

VI. Dico, sacramentum confirmationis necessarium esse necessitate divini, & ecclesiastici mandati. Praecipuum istud tum ex Scripturis, tum ex Patrum traditione constat. In divina Scriptura *Act. 1.* hae habentur: *Præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris.* Cui praecipuum non Apostoli modo, verum etiam ceteri fideles, & mulieres ipse praerogant. *Isem Act. VIII.* vigilantia describitur Apostolorum, & studium ingens, ut baptizatis omnibus manus imponeretur. Quae sane sollicitudo praecipuum prodit.

VII. Patres unanimi consensu istius sacramenti necessitatem summopere inculcant. S. Cyprianus *epist. lxx. Ungi quoque necesse est qui baptizatus est, ut, accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit.* Similia habent Tertullianus, Cyrillus Hierosolymitanus, Chrysostomus, & Augustinus, qui *Lib. XVII. de Civ. Dei* docet, non esse christianum nomine dignos nisi chrismate unctos. Plurimi occurrunt canones, quibus hoc praecipuum ostenditur. *Dicit. v. de consecr. cap. Omnes hae habentur. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post-*

baptisum accipere debent, impleti Christum inveniantur. Synodus Laodicea *can. XLVIII.* hae habet: *Oportet eos qui illuminantur, post baptismum ungi supercaelesti chrismate.* Concilium Mediolanense *IV.* altius hanc necessitatem exaggerat, illis *timendum valde quod, cum poterunt, in re salvari negligentia existant.* Atque in confirmationis sacramenta suscipiendo negligentis, ut decreto provinciali ex canone Rhemensi cavetur, canonice subiacet disciplina: & praeterea parentes, quorum negligentia id factum est, ex libro *paenitentiae paenitentiam olim egissent tribus* apparet.

VIII. Sed, nullis pluribus aliis documentis, transcribo verba Catechismi Concilii Tridentini ex *Part. II. de confir. §. 16.* Quamquam vero necessarium non est, a nemine tamen praetermitti debet; sed potius maxime cavendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis divina munera tam large impertuntur, aliqua negligentia committatur. Quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expectandum est. Regis vero *S. 27.* ostendit suscipienda confirmationis necessitatem. *Et factus est repente de caelo sonus, & replevit totam domum.* Ecce ex quibus verbis licet intelligere, quoniam domus illa sanctae Ecclesiae figuram, & imaginem gerebat, ad omnes fideles confirmationis sacramentum, cuius initium ab eo die factum est, pertinere, atque id etiam ex ipsius sacramenti ratione facile colligitur. Illi enim sacro chrismate confirmati debent quibus spirituali incremento opus est, & qui ad perfectum christianae religionis habitum perducendi sunt. At nulli id non maxime convenit... Ita communis omnium veteris catholicae Ecclesiae vehementer optat, ut in eis quos per baptismum regeneravit, christiani hominis forma perfecte absolvatur. Id autem quoniam mystice unctionis Sacramento efficitur, perspicuum est eam ad omnes fideles aequè pertinere.

IX. Ex quibus omnibus argumentis. Sacramentum confirmationis pro omnibus inditum esse certum est. Ergo annexum eidem mandatum est. Quo enim pertinetur haec divina institutio, si nulla foret necessitas tunc remedi & praesidio? An sollicitudo illa Apostolorum, ut baptizati a Philippo confirmarentur, an Pauli Apostoli ardens zelus, ut Ephesios receter sacro lavacro tinctis manus imponeretur, praecipuum divinum non producat? Quo pertinent cuique feculi, & praeser, & medic, & ultimarum

Conc. Theol. Tom. VIII,

Patrum, & Conciliorum sanctiones quibus administratio christiani inculcatur? Tot ne decreta edidissent Concilia, tam alte inclamassent Patres cuique feculi, ut ad susceptionem istius sacramenti inducerent fideles, si nullum extaret praecipuum? Peccarent gravissime Episcopi, si ignavi, & torcides essent in manibus baptizatis imponendis: ides vero abique illa culpa eludere tot Episcoporum labores in lustrandis dicecesibus, tot pericula, tantam induriam poterunt? Cur proprii ministri praeparatores habendi illi sunt, dum administrationem negligunt, si innoxie omnino omittere susceptionem eisdem baptizati valent? Undenam tam peregrina opinandi licentia? Respondet Auctor *de re sacram. Lib. 13. pag. 348.* his verbis. *Non ita forte Christus, non ita Apostoli, non ita Pontifices maximi, non ita Concilia praeparaverunt, non ita Patres traditionis, sed de futurum probabilissimè opinio portendit officium, opinio nempe quae vel abique culpa etiam veniali audeat defendere, negligi hoc sacramentum posse. Hae ex abusu probabilissimè profecta est.*

X. Quamvis istud conceptis verbis expressum non sit in sacris literis praecipuum istud; finis tamen & scopus quo haec Christi institutio tendit, luculenter praecipuum inferit. Utique aliunde quam ab hoc sacramento haberi fortitudo spiritualis potest, & robur ad devincendas tentationes: idcirco dictum est, non esse necessarium necessitate medi ad salutem. Tamen adeo dives in misericordia Deus est, ut voluerit hoc peculari praesidio non munire adversus tot inventionum hostium multitudinem; & hac singulari tellera non lignare, ut tamquam milites Christi in certamen prodiremus intrepidus. Cedo: si miles ad belum provocatus, cibo insultare vires, & arma opportuna ad pugnam, victoriatumque lumere sponte recalaret; an non esset iphus legis naturalis violator? an quo ergo iure, quo fundamento a culpa liberatur christiani milites, qui pugnatori adversus hostes versatos, fraudulentos, atque potentes, arma bringere opportuna, & quam maxime ad victoriam idonea, resurgunt? Clamat Apostolorum Princeps Epistol. I. cap. v. *Adversarius enim vester diabolus, tanquam leo ravenous, circuit quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide.* Inclamat Apostolus Paulus *Ephes. vi. Induite vos armatum Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.* Qui, armatura Dei, peculiariter destinata ad hanc pugnam, neglecta, inermis contra rugientes

I 3 ho-

hollies erumpit, temeritatis suae poenas merito luet.

XI. Ut modo comprehendere lector valeat quam sint laxae opiniones & P. Dominici Viva qui abique culpa veniali omitti hoc sacramentum posse docet, & P. Claudii La-Croix, qui adfirmat olim obtinuisse praecipuum, sed nunc per desuetudinem desisse, in memoriam revocet. Scripturam Patrum, Conciliorum, & Catechismi Tridentini testimonia. Ubique sunt ergo fundamenta novae desuetudinis, adverte. Patrum, & praecedentium aetatum consuetudini? An Catechismi Tridentinus, an posteriora Concilia nobis proxima, an Episcoporum qui nobilicem vitam degunt, vigilantia & assidua sollicitudo in hoc administrando sacramento evidenter non evincunt, falsam esse desuetudinem quam ex Dicalilio obtulit P. La-Croix? Ut tanti momenti utilitatem evidenter patefaciam, ob oculos pono alteram sanctionem Concilii Mediolanensis IV. quae est eiusmodi. *Pastori, animarumque curatorum populum doceat, quanto religionis studio suscipiendum sit confirmationis sacramentum. Videant, ne quis eorum qui sibi in curam traditi sunt, illud suscipere negligat. Quare praemoneant, quod etiam Concilii Vornatensis canonem sanctum est, ut quicumque intra suae parochiae fines habitant, neque confirmati adhuc sunt, illud omnes suscipiant qui ea aetate sunt qua Episcopus duxerit eos esse debere qui ad hoc sacramentum tunc accedant. Si quis vero neglexerit, canonice subiacent disciplinae.* Similia praescribit Concilium Rothomagensis, celebratum an. 1581. Concilium Rhemensis, sub Gregorio XIII. habitum an. 1585. Concilium Burdigalense eodem an. 1585. Concilium Bituricense anni 1584. Concilium Avenense anni 1587. Illorum Conciliorum testimonia transcribere brevitate studio omitto. Adicere lubet auctoritati scientissimi Fontenais feliciter regnantis BENEDICTI XIV. qui & in praelaudata notis, & in *constitut. de vit. Graecor. §. 3.* sic admonendum ad Episcopos, eos *gravis peccati reatu teneri, si cum possint ad confirmationem accedere, illam renuntent, ac negligant.* Revolvantur omnes Synodi, & Catechismi postremae aetatis nostrae: & cuique competum erit, quo zelo, quo sollicitudine cultumque saeculi Patres, Episcopi, & celeberrimos Theologi nobis propinquiores intonant illius sacramenti administrationem, & susceptionem. Ergo commentum quod opponit P. La-Croix, nempe hoc praecipuum per desuetudinem desisse,

non modo falsum est; sed Episcopis, & Patribus ultime aetatis nostrae quam maxime iniuriosum. Ergo opinio P. Dominici Viva a culpa veniali cum Trullencho, Contink, alisque Caluistis excentis fideles qui tantum sacramentum negligunt, nimium laxa est. Siquidem; ut fatetur vel ipse Leander *loc. cit. §. vii. ex P. Valaetia*, communitur illi ipsi Auctores qui negant praecipuum, fatentur peccare illos qui hoc sacramentum negligunt. Id sane conceptis verbis docet Soto in *IV. dist. vii. q. 10. ar. 8. iniquis. Et ideo fatentur, quod ubi quis commode confirmari possit, & filium suum eidem offerre sacramentis, esse culpabile illud Dei beneficium non recipere, non tamen esse mortale.* Ergo opinio P. Viva non modo opposita est Patribus, Conciliis, celeberrimis Theologis, sed vel ipsis benignioribus Caluistis, quocumque eminet Leander. Inlargit tamen P. Tamburinus *Lib. III. de confirm. cap. 11. §. 4.* ubi haec scribit *num. 2.* „ Non tamen idem peccant nec mortaliter, nec venialiter, „ si citra contemptum, vel quid simile, data occasione, id negligant. Quia de hoc „ nullum apparet praecipuum, quae est Sententia Suarez... contra Caietanum, & „ alios nonnullos putantes esse veniale. Unde „ de non est fides adhibenda Leandro... „ qui trahit ad se Suarezem, quali concedentem esse veniale.

XII. Falsus haec referpsi, ut quorundam Caluistarum genus ad laxandas morum regulas, data occasione, patefacerem lectoribus meis, qui causissime similes Caluistas legere debent, in idem vera probando, & laxa imponendo. Otio non abundo, ut ad examen revocem P. Suarez, quem professione magnifico, doctrinam, Sed si hanc opinionem, ut Tamburinus contendit, docet, non propterea desinit esse laxa, & scienda, tamquam Conciliis, Patribus, & gravioribus Theologis contraria.

XIII. Sententiam quam haecenus propugnavi, non modo Patres omnes, & antiqua Concilia, verum etiam Catechismi, Synodi, Episcoporum consuetudo aetatis nostrae defendunt. Indicare iuvat graviores Theologos qui a nobis sunt. Ricardus *dist. vii. art. 5.* Durandus in *IV. quaest. 1.* Sylvester verb. *Confirmatio*, Gerfonius *Tom. II. compend. de septem sacram. Ethus dist. vii. §. 10.* Martenopus *III. Part. quaest. xvi.* Natalis Alexander *cap. iv. prop. 2.* Iuvenii *quaest. viii. concl. 2.* Vincentius Contelonius *Lib. XI. part. 1. dist. 10. cap. 11. specul. 1.* Cardinalis Bellarminus, & Cardinalis Toletus apud

eamdem, Cardinalis Gotti *quaest. 111. dub. 4. §. 1.* Ludovicus Habert *cap. 18.* Nicolaus L'Herminier *Tom. 1. de sac. confir. Turney de sacram. confir. quaest. 11. art. 2.* Druis *de re sacram. Lib. III. cap. 11.* Ponticus *Part. V. cap. 11.* Farvacquesius *cap. v. quaest. 11.* Vanroi *Tom. III. Lib. III. cap. xiii.* ubi praeter alios citat Hugonem de S. Victore, Scotum, Armanachum, Hamelium Cardinalem Le Camus, & alios. P. Gabriel Antoine *de confir. quaest. 1.* Gennepus *tract. 111. cap. 1. quaest. vi.* Laurentius Berti *Lib. XXXII. cap. viii. &*, ut plurimos alios mitam, vix eruditorum Theologorum aliquis hac nostra aetate reperitur qui a laxa plurimum Caluistarum opinione non recedat, noltraque non adhaerent.

XIV. Potissimum urget hoc divinum, & ecclesiasticum praecipuum suscipienda confirmationem, cum coram tyranno profiteri Christiani fidem debent. Hanc quoque sententiam reicit P. Dominicus Viva *loc. cit. iniquis. Sed communis etiam id negant.* Communis Tamburinus, Laymanus, Bonacina, & alii Caluistae. Sed communissime, & unanimi consensu id adfirmant celeberrimos aetatis nostrae Theologi, ut advertit doctrinam Pontif. BENEDICTUS XIV. in laudata notis. Nostram sententiam docet S. Thomas *III. Part. quaest. lxxxi. art. 1. ad 1. & ad 3.* Brevitatis studio eundem textum non transcribo, cum obvii sint. Unum dumtaxat subicio. *Omnia (inquit loc. cit.) sacramenta sunt aequaliter necessaria ad salutem, si quaedam sunt sine quibus non potest esse salus, quaedam vero sunt quae cooperantur ad perfectionem salutis. Et hoc modo confirmatio est de necessitate salutis, quoniam sine ea potest esse salus, dum tamen non praetermittitur ex contemptu sacramenti.* Nec est quod Caluistae hunc textum civiliter, quali nullum sit peccatum confirmationem negligere, nisi interveniat sacramenti contemptum. Nam tota doctrina Angelici spectanda est. Aliqua Sacramenta sunt necessariae necessitate medi ad salutem: & hoc in sensu sine confirmatione haberi salus potest, dum tamen non praetermittatur ex contemptu: quia omisso contemptu est absolute necessaria, seu ut quis salutem allegatur, omnino requiritur non contemnat sacramenta Dei. Est tamen necessaria ad perfectionem salutis. Et ideo sine confirmatione haberi absolute salus potest: quia plura occurrere impedimenta possunt quae innoxiam reddant eundem omissionem, & a contemptu liberent. Tunc autem quis contemnit contem-

ptu non formali, sed interpretativo, & virtuali, ut aiunt, quando quis commode sacramentum suscipere potest, & non curat; ut docent communiter Theologi. Et Concilium Senonense an. 1524. reatum a Natal. ab Alexandro, a Iuvenii, a Tormely, & ab aliis, inquit: *Omnes Christiani, tam viri, quam mulieres usum rationis habentes, obligantur suscipere, aut saltem non contemnere confirmationem: contemni autem dicitur, quando Episcopo est praesens, paratus stare, & persona hoc scilicet negligit, aut despicit suscipere.* Haec doctrina communis est penes omnes graviores Theologos.

XV. Tandem Academia Parisiensis anno 1625. hanc quorundam Caluistarum proferre opinionem. *Omnes Theologi dicunt, confirmationem non praecipui, nisi cum commode haberi potest, vel, ut alii dicunt, commodissime, quando coram tyranno profiteri Christiani fidem debent, vel mirum prosum in commodo.* In quam opinionem hanc tulle Sorbona censuram. *Ista propositio est scandalosa, in maximum sacramenti confirmationis contemptum maligno animo proposita.* Advertas velim, hanc proscriptam opinionem non negare absolute praecipuum, sed illud admittere, saltem in hypothese quod habet confirmatio commodissime possit. Alii recitentores Caluistae, omni hypothese sublata, absolute hoc praecipuum incitantur. Sed de hoc pluraquam satis.

CAPUT VII.]

De ritibus confirmationis.

REVI calamo expediam caput istud. Obvii Rituales sunt, qui caeremonias in administranda confirmatione exponunt. Ritus administranda confirmationis alius apud Graecos, qui statim post baptismum confirmationem conferunt, alius apud Latinos. Horum rituum alii confirmationem antecedunt, alii comitantur, alii subsequuntur.

II. Quaesit. An sint adhibendi patini in confirmatione? Resp. Post consecrationem chrismatis, quae omnem ritum praecedit in hoc sacramento conferendo, quoque ab Episcopo fieri debet, ut dictum est, succedit electio patini, qui offert neophytum confirmandum. Antiquus est ritus iste, cuius meminit S. Gregorius Magnus in Sacramentario. Valafridus Strabo plures conserit antiquos canones, in quibus sit mentio caeremoniae illius: ut habetur *cap. in catechismo*, & *cap. in baptismo*, vel in confirmatione. Huius ritus rationem hanc promit S. Thomas III.

